



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

6. Dies Maii. Ubi me relinquo, ibi me invenio, & ubi me quæro, ibi me perdo. Thomas à Kempis de mortif. vita.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

## 6. DIES MAII.

Ubi me relinquo, ibi me invenio, & ubi  
me quæro, ibi me perdo. Thomas à  
*Kempis de mortif. vita.*

Sensuali. I. **N**choatum prius argumentum pro-  
tas quam noxia.

**I**nchoatum prius argumentum pro-  
sequor, & amorem sui intemperan-  
tem persequor. Nullus est magis per-  
ditus, quam qui se perdit. De illo me-  
ritò dixeris: (a) *Perdito tua ex te.* Audi, & quod au-  
tumabis paradoxum, reperies esse pronuntiatum he-  
terodoxum. Se quærere, est se perdere. Quæris unde  
hoc? Quia qui se quærerit, hoc est, in omnibus corpori  
suo indulget, bona animi emulget. Et hoc est se, immò  
& sua seriora perdere: si sapis, tu pluris esse debes tibi,  
quam quidvis tuū: igitur & plus quam corpus. Cadaver  
potius es hominis, quam homo, quia plus vivis cor-  
pori, quam animo. Hinc unum est ad perfectionem,  
immò & salutem consequendam necessarium, in hac  
vita mortali, sibi mori. Eodem momento quo moreris  
(ut loquar cum Alceticis) vita sensuali, vivis vita spi-  
rituali. . Hinc perfecta mors vitæ sensuallæ, est per-  
fectio vitæ spiritualis. Ut sic moriaris, ad hoc opus est  
omnē conferas operam; ut sic attendas, & ad hoc to-  
to n̄ su contendas, ut nullus sit vel in corpore, vel in a-  
nimō motus, qui non dirigatur ad Deū, qui est omniū  
agendorum scopus. Ut sic te intra gyrū temperunt æ  
contineas, ut ab omni voluptate, vel modicè int̄pe-  
ranti

Y 4

(a) *Osee. 13.9.*

ranti abstineas, ut molestiam omnem in hoc agone  
ferendam fortiter sustineas.

II. Quapropter debes ad agendum duci solo  
gratiæ spiritu, nunquam naturæ impetu. Si hujus  
proclivitate te sinas à virtutis tramite abduci, sines te  
seduci. Tibi graviter imponis, si ad illius normam  
vitam componas. Comprimere, ne latius evagen-  
tur, omnes sensus, & renuntiare voluptatibus sen-  
suum, hoc demum est mori vitâ sensuali. Illud tibi  
sit certum, uti Dei decreto statutum est, ut corpus  
non adeat gloriam in cœlis, nec fruatur immortali  
vita, nisi priùs in terris obitâ morte; sic & statutum  
est, ut nemo evehatur ad perfectionem vitæ spiritua-  
lis, nisi à morte vitæ sensualis. Et hoc tam Dœo est fi-  
xum, & ratum, ut citius exempturus sit Deus ali-  
quem lege mortis corporalis, ut sine ea illum trans-  
ferat ad vitam perennis gloriae, quām ut absque mor-  
te vitæ sensualis, quis gradum faciat ad vitam spiri-  
tualem. Expeditius enim est, ut corpus vitam vivens  
naturalem, sine morte transeat ad vitam gloriosam,  
quām ut quis à vita sensuali transeat ad spiritualem,  
non prius sibi, & sensibus suis mortuus: cūm tam si-  
bi repugnet vita spiritualis & sensualis, quām virtus  
& vitium, vita & mors, esse & non esse. Dic igitur  
audacter ad Deum conversus, iisdem quidem cum  
Moysi verbis, sed alio verborum sensu. (a) *Obsecro  
Domine, ut interficias me*, eo modo ut ipse mihi mo-  
riar, quo non vivam amplius nisi à gratia tua, à spi-  
ritu tuo.

III. Quid times odium tui? quid ambis amo-  
rem tui? Nunquid inæstimabile est lucrum in odio  
tui, Amor Dei? Satius est, ut Deus te ardentissimè

*Num. 2.*

amet,

jus.  
gone  
solo  
hujus  
neste  
mam  
agen-  
sen-  
tibi  
orpus  
ortal  
itum  
itua-  
est fi-  
s ali-  
cans-  
nor-  
piri-  
vens-  
sam,  
em,  
n si-  
rtus  
ritur  
cum  
seco  
no-  
odio  
im-  
net,

Majus.

Tessera.

45

amet, quām ut tu ipse te tanto dāmno tui ames. Deindē, hilarior est amor Dei quām proprius, itaque & vita hominis sibi morientis propter Deum, erit hilarior quām sibi viventis. Non tantū tu Deo, sed tibi vivit Deus, si tibi moriaris propter Deum. Quid, quod ut evadas omnes miseras, necesse est prae omnibus te animæ tuæ misereat? Illa quasi vertitur tota in corpus, dum nimis obsequeris corpori, & avide sequeris quæ arrident corpori. Quantum porrò inter sit inter duos illos, quorum unus sui osor, alter sui cultor, quidam expressit duobus epitaphiis, duorum vitâ sibi maximè dissimilium, Henrici Octavi, Angliæ Regis, & Thomæ Mori, quorum hic sic vibrabat in corpore, quasi secretus à contagione corporis: alter abdomini, & veneri deditus, totusque carni, & sanguini immersus, non videbatur aliis, quām moles corporea, sic ut anima ejus videretur tota conversa in corpus. Epitaphia duobus brevissimis metris contexta, sic se habent.

Epitaphium Henrici Octavi: Epitaphium Thomæ Mori.  
*Hic totus Henricus jacet. Viator, hic Mori est nihil.*

## 7. DIES MAII.

Honestum ei, vile est, cui corpus nimis  
carum est. Seneca Epist. 14.

Corpori I.  
non est ni-  
mis indul-  
gendum.

**N**unc stringo gladium in ho-  
stem domesticum, qui per-  
enne indicit animo bellum,  
canitque noctes, ac dies bel-  
licum,

Y 5